

eos proficisceretur. Re frumentaria comparata castra movet diebusque circiter quindecim ad fines Belgarum pervenit.

¹muster. ²supply sibi esse: that he should delay.

VIII.

Caesar marches to relieve the Remi (Caes., Bell. Gall., II., 7).

Eo de media nocte Caesar, iisdem ducibus usus,¹ qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas et Crétas sagittarios et funditores Balaeres subsidio oppidanis mittit; quorum adventu et² Remis studium propugnandi³ accessit,⁴ et hostibus eadem de causa spes potiendi⁵ oppidi discessit. Itaque paulisper⁶ apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati, omnibus vicis aedificiisque, quos adire poterant, incensis, ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt et ab millibus passuum minus duobus⁷ castra posuerunt; quae castra, ut fumo atque ignibus significabatur, amplius millibus passuum octo in latitudinem patebant.

¹employing the same persons as guides. ²both. ³beat off (the enemy). ⁴come to. ⁵gain (+gen.). ⁶a short time. ⁷less than two miles off.

IX.

Caesar marches against the Nervii (Caes., Bell. Gall., II., 16).

Cum per eorum fines triduum¹ iter fecisset, inveniebat ex captivis Sabim² flumen ab castris suis non amplius millia passuum decem abesse: trans id flumen omnes Nervios consedissee adventumque ibi Romanorum exspectare unā cum Atrebatibus et Veromanduis finitimis suis—nam his utrisque persuaserant ūti eandem belli fortunam experirentur³; exspectari etiam ab his Aduatucorum copias atque esse in itinere: mulieres, quique per aetatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum⁴ locum coniecisse,⁵ quo⁶ propter paludes exercitui aditus non esset:

¹for three days. ²the Sambre. ³try, await. ⁴a. ⁵station; sc. eos. ⁶to which.

X.

Caesar's soldiers equal to an emergency (Caes., Bell. Gall., II., 20).

Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum,¹ quod erat insigne² cum ad arma concurrere oporteret, signum tubā dandum, ab opere³ revocandi milites, ii, qui paulo longius aggeris